

Pullis eorū urtica cōtactu mortifera. Nec minus au-
ditas, nunc satietate nimia, nunc suamet ui: quādo ap-
prehēsa radice, morsu sepe conātes auellere, ante col-
la sua abrumpunt. Cōtra urticam remedium est, stra-
mento ab incubatu subdita radix earum.

De ardeolis: & quomodo feruentur opti-
me oua.

CAP. LX.

Ardeolarū tria genera, leucon, asterias, pellos.
Hi in coitu anguntur. Mares quidem cū uoci-
feratu sanguinē etiā ex oculis p̄fundunt. Nec
minus egre pariunt grauidæ. Aquila tricenis diebus
incubat, et fere maiores alites: minores uicenis, ut mil-
uus & accipiter. Singulos fere parit, nunquam plus
ternos, is qui egolios uocatur quaternos, coruus ali-
quando & quinos. Incubant totidem diebus. Corni-
cem incubantē mas pascit. Pica nouenos, Melancory-
phus supra xx. parit, semper numero impari: nec alia
plures, tanto fecūditas maior paruis. Hirundini cæci
primo pulli, & fere omnibus quibus numerosior par-
tus. Irrita oua, quæ hypenemia diximus, aut nutua
femine inter se libidinis imaginatione cōcipiunt, aut
puluerē: nec columbæ tātum, sed et gallinæ, perdices,
pauones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia, et
minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida.
Quidam & uento putant ea generari: qua de causa
etiam zephyria appellantur. Hæc autem uere tantū.
Urina fiunt, incubatione derelicta, quæ alij cynosura
dixere. Oua aceto macerata in tantum emollūntur,
ut per anulos transeant. Seruari ea in lomento, aut
hyeme in paleis, æstate in furfuribus utilissimum. Sale
exinaniri creduntur.

Quæ uolucrum sola animal pariat & lacte
nutriat.

CAP. LXI.

Volucrum aīal parit uestertilio tantum, cui &
mēbranaceæ pinnæ uni. Eadē sola uolucrū la-
cte nutrit ubera admouens, geminos uolitat
amplexa infantes, secumq; deportat. Eidem coxē dix-
vna traditur, & in cibatu culices gratissimi.

De cōceptu uiperæ & partū, & quæ terrestriū
oua pariant.

CAP. LXII.

Rursus in terrestribus oua pariunt serpētes, de
quibus nondū dictū est. Coeunt cōplexu, adeo
circūuolutæ sibiipsæ, ut una existimari biceps
possit. Uiperæ mas caput inserit in os, quod illa abro-
dit uoluptatis dulcedine. Terrestrium eadem sola, in-
tra se parit oua unius coloris, et mollia ut pisces. Ter-
tia die intra uterum catulos excludit: deinde singulos
diebus singulis parit, uiginti fere numero. Itaq; cate-
ræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occisa
parente. Cæteræ serpentes* contexta oua in terra incu-
bant, & fœtum sequente excludunt anno. Crocodili
vicibus incubant mas & fœmina. Sed reliquorum
quoq; terrestriū reddatur generatio.

De generatione terrestriū. CAP. LXIII.

Bipedum solus homo animal gignit. Homini tan-
tum primi coitus pœnitentia, augurium scilicet

uitæ à pœnitēda origine. Cæteris animalibus statim per
tempora anni concubitus, homini (ut dictū est) oībus
horis dierum noctiumq; Cæteris satietas in coitu, ho-
mini prope nulla. Messalina Claudij Cæsaris coniunx,
hanc regalem existimans palmam, elegit in id certa-
men nobilissimam ē prostituta ancillam mercenaria
stipis, eamq; die ac nocte superauit quinto ac uicesi-
mo concubitu. In hominum genere maribus diuerticu-
la Veneris excogitata, omnia scelere naturæ, fœmi-
nis uero abortus. Quantū in hac parte multo nocētio-
res q̄ feræ sumus? Viros audiores Veneris hyemes, fœ-
minas æstate, Hesiodus prodidit. Coitus auersus ele-
phātis, camelis, tigribus, lyncibus, rhinoceroti, leoni,
dasyptodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. Cameli
etiam solitudines, aut secreta certe petūt, neq; inter-
uenire datur sine pernicie. Coitus tota die est tantum
ijs ex omnibus, quibus solida ungula. in quadrupedū
genere mares olfactus accendit. Auertūtur et canes,
phocæ, lupi, in medioq; coitu, inuitiq; etiam coherēt.
Supradictorum plerisque fœminæ priores superue-
niūt, reliquis mares. Vrsi autem, ut dictum est, huma-
nitus strati. Herinacei stantes ambo inter se comple-
xi: Feles mare stante, fœmina subiacente: Vulpes in la-
tera proiecta, maremq; fœmina amplexa. Taurorū
ceruorumque fœminæ uim non tolerant, ea de causa
ingrediūtur in coitu. Cerni uicissim ad alias transeūt,
& ad priores redeunt. Lacerata, ut ea quæ sine pedi-
bus sunt, circumplexu Venerem nouere. Omnia ani-
malia quo maiore corpore, hoc minus fœcunda sunt.
Singulos gignunt elephanti, camelis, equi: Acanthis
duodenos, auis minima. Ocyssime pariunt, quæ pluri-
mos gignunt. Quo maius est animal, tanto diutius for-
matur in utero. Diutius gestantur quibus longiora
sunt uitæ spatia. Neque crescentium tempestiua ad ge-
nerandum atas. Quæ solidas habēt ungulas, singulos:
quæ bisulcas, & geminos pariunt. Quorum in digitos
pedū fissura diuisa est, eo numerosiora in fœtu. Sed su-
periora omnia perfectos edunt partus, hæc inchoa-
tos, in quo sunt genere leonæ, ursæ, & uulpes. Infor-
mia etiam magis quàm supradicta, ursæ pariunt, ra-
rumque est uidere parientes. Postea lambendo cale-
faciunt fœtus omnia ea, & figurant. Pariunt pluri-
mum quaternos. Cacos autē gignunt canes, lupi, pan-
theræ, thoes. Canum plura genera: Laconicæ octauo
mense utrinque generant. Ferunt sexaginta diebus,
& plurimum tribus. Cæteræ canes & semestres coi-
tum patiuntur. Implenter omnes uno coitu. Quæ ante
iustum tempus concepere, diutius cacos habent catu-
los, nec omnes totidem diebus. Existimantur in uri-
na attollere crus fere semestres, id est signum cōsum-
mati uirium roboris, fœminæ hoc idem sidentes. Par-
tus duodeni, quibus numerosissimi, cætero quini, seni,
aliquando singuli, quod prodigiosum putāt: sicut om-
nes mares, aut omnes fœminas gigni. Primos quoque
mares pariunt, in cæteris alternant, si ineant oppor-
tuno & recto mense. Incuntur à partu sexto mense.
Octonos

*contexta

50

Octonos